

1520. circa 10 Junij

Ex MS. arch. Stan. Aug. Reg.

717

Petrus Tomicki episcopus Cracoviensis  
Vicecancellarius. Lucae de Gorha castella  
no Gornaniensi et Capitano Majoris Do-  
lomie Generali.

174

Magnifice domine domine et Frater ho-  
norandissime. Littere Magnificentiae Vestrae,  
quibus et valetudinem meam inuiset, et de Ger-  
manicis copiis perscribit fuerunt mihi gra-  
tissime, pro quo officio scribendi, simul et in-  
vivendi quae plurimas habeo, et agi Ma-  
gnificentiae Vestrae gratias, ream quidem Joan-  
nes magnam habet spem in eorum Ger-  
manorum firmitate et virtute positam, sed  
majorem longe salutis suae tuenda, et recu-  
perandi regni à Turcis fidem et expecta-  
tionem concepit, namque ut mihi illius  
intimi et supremi Consiliani retulerunt, quod  
jam pro re certissima habetur, illum cum Tur-  
co perpetuum bonis et utilissimis sibi condi-  
tionibus domini Castri opera vivisse, cujus rei  
haec sunt non parva argumenta quod et in  
Carinthia et in Hungaria locis aliquot in-  
ruptione bis jam fortasse facta Turci Ma-  
gna populis damna intulerunt et regis  
Ferdinandi oratores vacui prorsus quo ad  
ea redierunt pro quibus missi fuerant.  
Quae res quo pacto republica Christiana  
sit commodata vel incommodata futura  
quisque pro sua prudentia et consilio su-  
spicari facile et judicare potest. Ego quia  
aliter

aliter fieri nequit exitum rerum expectabo, q̄  
ptarem tūm concordia et amicitia copula  
rem transigi quam ad arma redire. Nam  
utriusque partis victoria tyrannidem et oppres  
sionem protendit, multorum quicquid tum  
facta et temporum recursus attulerint boni equi  
consilii debebunt, ij qui nihil mali in rebus  
publicis sua culpa factum esse sciunt.

Dominus Andreas de Janozin palatinus  
Cacoriensis scripsit ad me literas me officii  
esse de quibusdam admonens, quae ad pu  
pillorum nostrorum tutelam et commoda  
pertinere arbitratur, quas Magnificentiae ve  
stre legendas ideo mitto, quod ad calcem il  
lorum, et in extremo ferè articulo inijcit  
quandam mihi redemptionis in bonis pu  
pillanibus curam optionem tūm redimendi  
in illis bonis Magnificentiae vestrae relin  
quens. Quam rogo Magnificentiam ve  
stram diligenter legat, et super ea diligen  
ter deliberet, me verò de eo quidquid sta  
tuerit faciat certiore, et ego viasim domi  
no Palatino ea perscribere curabo. Interea  
valere optime Magnificentiam vestram, et es  
se felicem et diu incolumem cupio, eide  
que ex animo commendo. Datum.